

P V I S




1 6 0 3

4  
1600









EPITHALAMIA  
 IN HONOREM  
 NUPTIARVM, PII, HONE-  
 STI ET INTEGRITATE ORNATI  
 VIRI IUVENIS, DN. CONRADI  
 SCHROTERI, CIVIS ET MER-  
 CATORIS COTHONIEN-  
 SIS SPONSI:



Honestæ, pudicæ ac morum venu-  
 state præstantis virginis,  
 CATHARINÆ,

Consultissimi ac gravissimi viri, Dn. IO-  
 ANNIS SOMMERI, ILLrum Princip An-  
 haltin. &c. Quæstoris provincialis, inclytæq;  
 Reipublicæ Cothoniensis Consulis  
 Spectatissimi, Filix,  
 SPONSÆ:

Quæ celebrabantur Cothoniæ VI. Septem-  
 bris, Anno partus salutiferi  
 M. DC. II.

*Scripta ab amicis.*



Servestæ Typis Iohannis Schlerij.

*dl.*

*Docto et honesto  
 ueni, Petro  
 nu. SS. Tho  
 glusido, an  
 suo singula  
 P.D. Tob.*





IN HONOREM  
SACRATISSIMI PATRIARCHAE  
VICTORII, D. N. CONRADI  
SCHROETERI, C. S. S. M.  
CANTORIS DOMINICANI  
S. S. S. S.

Hortus, quod ad hunc pertinet  
CATHOLICIS  
CANTORIS DOMINICANI  
S. S. S. S.  
CANTORIS DOMINICANI  
S. S. S. S.


[Faint rectangular stamp]







NVPTIIS HONESTI ET  
ORNATI IUVENIS, DN. CONRADI  
SCHROTERI, ET PVDICISSIMAE VIRGI-  
NIS CATHARINAE SOMMERIA-  
NAE, &c. dedicat author.



*O*va Deus, nitidum qui verbo  
fecit Olympum,  
Cui parent Ignis, nubila, ter-  
ra, fretum,  
Cuius stant nutu rupes, dictoq;  
potenti

*Natura retinent semina quaeq; sua:  
Fecit is (Et bene, nam rerum quodcunq; creavit,  
Et decus Et laudem quo mereatur, habet.)  
Ut bene non vivat, qui vivit conjugis expers,  
(Perpetua hac vox sit regula lexq; piis.)  
Ergo vir ut melius peragat sua tempora vitae,  
Solamen vitae juncta virago viro est:  
Svavius ut degat maturis nubilis annis  
Virgo, viri facta est uxor amata sui.*

A 2

Non



Non ergò huic mens est sed vis quadã acrior eius  
Exagitans animum causa furoris erit,  
Quem capere hic ordo nescit divinus, ijsæm  
Quo duo de flammis pectora & ora calent:  
Nam bona dum thalami nil curat aperta, salutẽ  
Negligit humanam, & nil facit iste Deum.

Georg. Bobbius, P.

---

ALIVD EIVSDEM.

**N**on homo, sed rudis est sine corde &  
vertice truncus, (gat.  
Qui sua coniugibus vota precesq; ne-  
Namq; opifex rerum malus, & causa una mala-  
Qui, sua dum miscet, noxia multa parat, (tũ  
Non scelere & sævo saturatur perfidus ausu,  
Omniaq; illius sunt loca plena dolis.  
Ergò tuos Thrasybule tibi gratamur honores,  
Quos modo decernit provida cura Dei.  
Et quod sancta iubet pietas, & conscia multi  
Cunrade officij pectora nostra tui.  
Hoc precor, hoc omnes uno ore precantur amici,  
(Annue tu votis pronube Christe meis)

V



Vt tibi conjugium hoc felix sit, & utile, Christo  
Sed duce, quo duce dat commoda multa Deus,  
Illius auspiciis thalamum qui ascendit, & orat,  
Spernere secure cuncta pericla potest.  
Sit CATHARINA tibi sospes, cui purior auro,  
Et pretio & gemmis est in amore pudor.  
Tu quoque sis sospes, multosque superstes in annos,  
Vt videas natum, qui sit & ipse pater.  
Sic genus AESTIVVM, sic SCHROTE-  
RIANA propago  
Crescet, eritque super, multiplicante Deo.

---

## ALIVD.

**N**unc spumat Venus, & cervi sua cornua discunt  
Cæcaque per sexus spicula condit Amor.  
In genus ardescunt, & dissolvuntur amantes  
Vt specie numerus suppetat usque sua.  
Et Deus obstringit secretis pectora vinculis  
Quæ licet effugias, non lacerare queas,  
Nescimus miseri, molimina nostra patramus,  
Quod licitum est agimus; sed regit acta Deus.  
Miris sæpe modis coalecunt intima, sed vis  
Quæ facit, ut coeant intima corda; Dei est.  
Hic animat Venerem, docet hic sua cornua cervos  
Hinc jam non cæcus spicula mittit Amor.

A ;

Sed




Sed cui virtutes eum coniuge copulat Autor,  
Cui, quod amet, pietas intemerata fuit,  
Cui quod amet, Pudor & Candor, moresque probati,  
Cui quod amet, linguæ suada diserta fuit.  
Cui quod amet Genus & decus ex utroque parentum;  
Maiori nequeat sorte bonoque, frui.  
Tu quoque promissæ fruearis pietate puellæ  
Te candore animi & simplicitate beat  
Moribus & suavi per mutua lancinat ore  
Exornatque suum, non sine dote Genus.  
Grator, & ut flagret seros fax mutua in annos  
Sorsque sit incolumis, progeniesque, precor.

*Ioann. Försterus Med. Cothen.*

---

## ALIVD.

 Arbor ut aërias qua vertice tendit in au-  
ras,  
Et stat fulta suo robore, fixa solo;  
Intonueſce polo ſi magni murmura venti,  
Nitens radice, has deſpicit alta minas.  
Ictum iterante ſuum, bis terre attacta, ſecuri  
Non cadit, aut terram vulnere lapſa premit.  
Sed tandem innumero ſuperatur verbere cæſa  
Ferri ictus acie continuante graves.

*Sic*



Sic tua, si credis, tibi sunt connubia verè,  
Schrotere, ex hac re nomen & omen habens.  
Namq; refers hominem Germano nomine, molè  
Qui vix immotam promovet arte loco,  
Connixus, lapsus qui subijciendo rotarum.  
Sic causam dat, cur progrediatur opus.  
Quam sacri sociam lecti Schrotere petisti,  
Non sine conatu ac absq; labore tenes.  
Stemmatis, hac rete, clari splendore, vereris,  
Pellat ab amplexu, reiiciatq; suo.  
Fortuna ingenijq; potens est dotibus, ut vel  
Mille gravis non sit res, reperire procos.  
Si qua puella gregi juvenù omni casta probatur,  
Ducere res ab quàm res operosa venit,  
Quàm multis hæc cantari ludibria vidi:  
Cui fortuna favet, sponsa petita manet.  
His tantis rebus bene fixam, torq; locatam,  
Ac adeo immotam, sedibus ecce moves!  
Ac facis auxilium subdens, ceu pondus inherens  
In thalamum ut scandat virgo, vehente rota.  
Nec mirum dederis, peragens tentamina duci,  
Ducere si te uno posse labore neges.  
Hoc est, nominibus, vernacula voce relatis,  
Cur ego sic istis omen inesse putem.

Sed



Sed non pœniteat, te magnis ausibus eius  
Captasse amplexus: causa dolenda nec est.  
Hoc argumentum est constantis pectoris, & quod  
Non quovis vento concutiente labat.  
Si quem fecisti, penitus labor irritus esset,  
Tristitiam meritò pectore conciperes.  
Vicisti tandem, moxisti dotibus auctam,  
Cui Fortuna dedit pramiam, Iuno, Venus.  
Nomine qua Catharina tibi, Cathara est quoq; re-  
Nam sic conveniunt nomina fausta suis. (bus  
Ergò tibi grator, tanto ecce labore peracto,  
Sudoris fructum te retulisse tui.  
Nam Sponsam gratis te collegisse lacertis  
Vidimus, amplexu qua tua colla ligat.  
Vivite Nestoreos felices suaviter annos;  
Exulet & vestro lis inimica thoro:  
Mutuus addat amor nexus, ut Sponse probentur,  
Officia esse tibi iusta peracta viri.  
Sponsaq; legnities ne te tam sera moretur,  
Proliferi ut nolis pignora ferre thori.  
Exhilarant patris qua grato examine curas,  
Ante pedes ludens turba novella tuos.  
Ac mola queis certet generosis vitibus uxor,  
Et foecunda gerat queis muliebri decus.

Qua



Qua possent avia, qua atate est tarda levare  
Luctum. Et ridiculis demere mille modis.  
Ridicule quoniam peragunt jocularia, curas.  
Qua possent senio fallere grandis avi.


Christo, h. Vierrhalerus apud  
Corhonienses Ludimod.

EIVSDEM.

Distichon χρονολογικόν annum, mensem, &  
diem continens.

LVXVbi Septe Mbrls seXtrae Venlset, Ibl eCce  
SaCra SChroterVs agVnt et Catharina thori.

ALIVD.

 Mititur à nostra tibi, Sponse, Thalassio Musa  
O & præsidium dulce, decusque meum;  
Qui male tornato sacra connubialia versu  
Cōmemorans, optat prospera quæq; tibi;  
Dum dextræ Catharina tuæ cōmittitur; & dū  
Ingreditur thalamum Sponsa pudica tuū.  
Quam genuit vestra Sommerus Clarus in vrbe,  
Sommerus nostræ gloria lausque plagæ:  
Cuius Anhaltinūm Princeps, Dux inclytus ille  
Concredit fidei plurima, resque graues.  
Illa tuum solamen erit, tua summa voluptas,  
Delicia q; tuæ, diuitia q; tuæ.

B

Qua



Qua cum ætatis æges annos, iuventa que secundos  
Concordi duces foedere quosque dies,  
Vivite felices, Pyliam superate senectam,  
Absit & à vestro lisque dolusque dolo:  
Verum adsit bona pax & pleno copia cornu,  
Adsit cum primis Christus & ipse tibi:  
Cui modò si fidas, metuas nihil aspera fata;  
Fidentes Christus deseruisse nequit.

*Tobias Heruvigius Servestæ  
Anhaltinus. P. C.*

---

ALIVD.

**T**Empora lata cadunt, redeunt quoque  
tempora lata (tibi.  
Cum nova iungatur nupta puella  
Qua tibi nec casu quodam nec sorte benigna,  
Fato sed dio Sponsa petita venit.  
Nunc igitur valeat, cedat quoque, lerva malorum  
In rupes, tadas qua cupit esse vagas;  
Sitque tibi Dux certior hic sacra pagina, vera  
Que monstrat verum religionis opus:  
Hac monstrante videre licet quis pectora iungat  
Quisque animos hominum conciliare queat.  
Est Deus in cælis solus qui cuncta gubernat  
Cuius est ad nutum cuncta venire solent.  
Pronubus



Pronubus ille fuit sociam qui primus Adamo  
Adduxit, thalamo iussit & esse pari.  
Præterea sanxit sanctæ sua iussa vereri  
Et transgressores pœna luenda manet.  
Rectè igitur CONrade facis dum templa frequē-  
Solemni pompa & sic tua vota facis (tas  
Entibi adest unâ delecta caterva virorum,  
Quæ tecum iungit vota precesq; suas,  
Ecce tibi præsto est blando Catharinula uirtu  
Quæ decorata venit laude pudicitia.  
Ipse tibi hanc genitor SOMmerus tradere gestit,  
Et gaudet fidei credere ritè tua.  
Macte tua Sponsa, dulcissime Sponse, beatus  
Vno te iam nunc quis magis esse potest.  
Tu modò iunge preces precibus, Christum rogato,  
Ut velit ipse toro semper adesse tuo.  
Crede mihi non vlla salus, non vlla futura est  
Prosperitas, si non Christus adest thalamo:  
At contra permulta salus, permulta futura cõt  
Prosperitas, si adsit Chrtistus, & absit Eris.  
Hisce vale: & supera viuendo Nestoris annis  
Sponsaq; Mathusala sæcula vince, vale.


Laurentius Zelle Cothonius  
SS, LL, S.

B 2

ALIVD



A L I V D.

 Lariore solito Phœbus cur emicat orbe?  
O mine cur dextro est? cur sine nube dies?  
Nobilis auratam citharam cur pulsat A-  
pollo?

Rugam fronte trahens: en quid jo omnis ait?  
Armatus iuuenis praeceps in Cybridis arma  
Dura ruit statuens, premia magna fore.  
Verum quid dirum telum? quae Cybridis arma?  
Suavia tela puta; brachia at arma volo.  
Sed quid erit tandem bellum? dic: ecce puella  
Casta & formosa sunt labia atq; gena.  
Hac haec sunt, iuuenes, bella, haec sunt Cybridis ar-  
R chore qua magno Sponsus amore tulit. (ma  
Omnia tentavit nunc hinc, nunc inde cucurrit  
Tactando Veneris gnarus amator opus.  
En nocte in multa tetigit vaga lumina somnus  
Rarus sed cura non mora longa fuit.  
Vota facit quoties, recubans sub tegmine lecti  
Solus, blanda negat dum sua tela Venus.  
Suavia sed tandem figens en ecce movetur  
Pulcra Venus, dicens tu mihi solus eris.

Oscula



Oscula quid possint, iuvenes vos aduoco testes,  
N onne puellarum, vos rogo, corda movent?  
Sat mihi: abite precor iuvenes, qui cura cohortis  
V irginea, & lati basia lata date.  
Sic labia icta dabunt sonitum, & dum lata iu-  
C ertat, ridebit praelia mota Venus.      ventus  
Arma haec sunt (fateor) duo queis iunguntur amore  
T radit ut in lepido Naso Poeta libro.  
At quid ego vobis, iuvenes, qui nullus in arte,  
R uri iussa darem, vos date in urbe prius.  
Ite domum: ad Sponsum redeo, cui pulcra puella  
N upta est; en dotes aspice, Sponse, graves.  
Aspice: non laedet Boreas tua membra; quia au-  
S cimmeri CALIDI filia triste gelu.      (fert  
O felix! iterum felix! tam casta puella  
M oribus electis cui venit, ecce bonum:  
M agna haec; sed maiora volo, quod sidere fausto  
E dita sit claro clara virago viro.  
Restat Sponsa novum Sponsum amplectatur ut  
S uavibus, & libet suavia, quando libet (ulnis  
Suscipe quem multis, CASTISSIMA, milli-  
bus unum  
P r. ponis, thalami sis quoq; fida comes.

B 3

O Mu-



O Musa! vestras primum si lasimus aures,  
 Noscite vos casta, Musa jocosa mea est.  
 Sat satis est: superest Nymphus bene Nymphaq;  
 Acsobolis multa fiat uterq; parens. (vivat,

Ioannes Bobbius SS. LL. S. Anhalt.

HERzlich geliebe	IVNGFRAVuli	G	zucht/
Czier ist ohn die	Clein vnd v	O	rruche
Vuelch aber ist	An Tugend	T	reich
REchter Vernunfft	Trew auch	G	leich
THut was Gott ins	Hers hat g	E	pregt
Sonder Misred	An Grüche	B	elegt
reiß nicht nach streit	Rähe weiß	I	ch mie
Haußheltig / still /	Ins Werck sic	H	schicke
RErgirt die fleis	Nen vnd v	N	Gott
OFFte vnterweist	Auff sein	G	ebott
TRost weiß weñ Gott	Schickt vnfas	L	ein
ERhelt den Mann	Ohn sorg	V	nd pein
RED ihm offte zu	Mit freundli	C	hr sitte
Dißweil in vns	Muth embfig	K	bitt
REiche Gott an Güt	ERN vnd	V	ermög
EInr rechten fleißig	RSorge	N	pfleg
Verlohren muß	Sein nichts	D	aran
THut förder das	By was	S	ie kan
Ist Gottes Gab	Reichlich	E	r hand
Gibt Gott allein /	Ahn fromme	G	wand
Auff ihn verlaßn	Vnd zug	E	than
Mit frieden stelles	TS lebes	N	ahn.

IO mehr / von Gott wir gutes HAN  
 Mit danck erkenn ein jederman  
 FOR Sichtig vnd mit gu TER huße  
 Gott theilt vns mit vnd nimbt das guße.



ig  
t,  
ld.









Jf 4600

ULB Halle 3  
003 299 04X




SB.


V077











LXXXVI.

85

EPITHALAMIA  
IN HONOREM  
NUPTIARVM, PII, HONE-  
STI ET INTEGRITATE ORNATI  
VIRI IUVENIS, DN. CONRADI  
SCHROTERI, CIVIS ET MER-  
CATORIS COTHONIEN-  
SIS SPONSI:



Honestæ, pudicæ ac morum venu-  
state præstantis virginis,  
CATHARINÆ,  
Consultissimi ac gravissimi viri, Dn. IO-  
ANNIS SOMMERI, ILLRUM Princip An-  
haltin. &c. Quæstoris provincialis, inclytæq;  
Reipublicæ Cothoniensis Consulis  
Spectatissimi, Filia,  
SPONSÆ:

Quæ celebrabantur Cothoniæ VI. Septem-  
bris, Anno partus salutiferi  
M. DC. II.

*Scripta ab amicis.*



Serveflæ Typis Iohannis Schlerij.

*Docto et honesto  
uero, Petro  
nro. SS. Tho  
glorioso, an  
suo fratre  
P.D. Tob.*

99